

Pre-Reading Assignment

**Narrative Reading IV, pt. 3** (*continued*)

Tum ita Tullus inquit: “Rōmānī, sī umquam ante ūllō in bellō necesse fuit primum dīs immortalibus grātiās agere, tum vestrae virtūtī, hesternum id proelium fuit. Pugnavistis enim nōn magis cum hostibus quam, quae **pugna** maior atque **periculōsior** est, cum perfidiā sociōrum. Mettius ille est foederis Rōmānī Albānīque ruptor. Centuriōnēs armātī Mettium circumsistunt et Tullus inquit: “Albānī, populum omnem Albānum Rōmam trādūcere in animō est, civitātem dare plēbī, primōrēs in patrēs legere, ūnam urbem, ūnam rem pūblicam facere. Mettī, ut ante animum inter Fīdēnātem Rōmānamque rem **divisistī**, ita iam corpus **dividētur.**” itaque Mettius duōs in currūs distentus inligātus est. tum in partēs dīversās equī concitātī sunt et lacerum in utrōque currū corpus portāvērunt. avertēre omnēs ab tantā foeditāte spectāculī oculōs. primum ultimumque illud supplicium apud Rōmānōs exemplī parum memoris lēgum hūmānārum fuit.

*Vocabulary:*

umquam (adv.)	ever	distentus, -a, -um	stretched out
hesternus, -a, -um	of yesterday	inligō, -āre, -āvī, -ātus	to attach
periculōsus, -a, -um	dangerous	dīversus, -a, -um	opposite
perfidia, -ae <i>f.</i>	treachery	lacer, -era, -erum	torn
foedus, -eris <i>n.</i>	treaty	āvertō, -ere, -tī	to avert, turn away
ruptor, -ōris <i>m.</i>	breaker	foeditās, -tātis <i>f.</i>	horror, hideousness
circumsistō, -ere	to surround	spectāculum, -ī <i>n.</i>	sight
centuriōnēs (pl.)	(Roman) captains	ultimus, -a, -um	last
trādūcō, -ere	to transfer	supplicium, -iī <i>n.</i>	punishment
plēbs, -is <i>f.</i>	common people	apud (+ acc.)	among
primōrēs, -um <i>m.</i>	first rank	exemplī parum	“of a type too
dividō, -ere, -īsī	to divide, split	memoris	little mindful of”
currus, -ūs <i>m.</i>	chariot, team of horses		